

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Vota In festivitatem nuptiarum Viri quà Religionem
Reverendi quà Eruditionem Doctissimi Dn. Bernhardi
Textorii, Pastoris in Achimb ...**

Vollers, Heinrich

[Deutschland?], 1643?

[urn:nbn:de:gbv:45:1-314158](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-314158)

VOTA

In festivitatem nuptiarum

VIRI

quà

Religionem Reverendi

quà

Eruditionem Doctissimi

DN. BERNHARDI

**TEXTORII, Pastoris in Achumb
fidelissimi SPONSI,**

ET VIRGINIS

quà

Honorem pudicissimæ

quà

Virtutum splendorem lectissimæ

GEBECCÆ

VIRI integerrimi & præsantissimi

DN. HENRICI VOLLERI,



**Geometræ, solertissimi Organistæ & Jurati apud
Bernenses eminentissimi FILIÆ**

SPONSÆ.

*Ad diem 24. Aprilis Bernæ celebrandarum
facta Anno 1645*

N^o 24







Parodia

Ad oden Horatianam quartam libri primi.



Olvitur acris amor grata vice filia & parentum
Trahitque mentes ad torum cupido,
Ac neque jam patria gaudet socio suo juganda,
Nec prata victis perplacent ocellis.
Sponsa GEBECA choros ducet nunc imminente
Junctaque Sponsae virgines decentes, (nocte
Alterno terram quatient pede Musici periti
Cum gaudii reddent sonum indicinam.
Nunc decet injecta nitidum caput impedire vittam,
Vestis & apte decidant soluta.
Mox & in umbrosis veneri decet immolare lucis
Sponda velit Sponsus velitve lecto.
Ales amor justo pulsat pede Apollinis tabernas
Fores & inculti: beate Sponse
Sponsaque per juvenum vitam Deus inchoare longam
Det, non premat vos mors citò futura,
Non fortuna noverca manu premat ampliter gravata
Natos, opes natasque sortientes.
Nec nostrum Sponsum mirabere, quo calet GEBECA
Nunc Sponsa, conjunx mox dein tepebit.

moris & amoris ergo

JACOBUS Neumeyer M.
Pastor Bernensis.

A 2

Cum

II.

Cum thalamo unanimes sponsis gratentur amici,
 Me quoque jure aliis jungere vota decet.
 Quam Deus uxorem, primum creat, illa mariti
 E latere, haud pedibus, nec capite orta venit.
 Cur ita? Ne super alta virum dominetur, ad imam
 Nec vir eam subigat calce superbus humum.
 Imperet hic; Sed amet sumptam de corde maritam,
 Hac studeat cordi corde referre CHARIN.
 Textori, Vnanimis, spiret tibi Christus amores,
 Sit sine lite domus sit sine lite torus.
 Conjugii vobis autor benedicat ab alto,
 Ex voto cedant gaudia casta bono.
 Vivite felices, cum aos vivite in annos,
 Vivite concordēs Nestoriosque dies.

Gratulationis & amoris ergo
 faciebat

JOHANNES VOLLERUS Pastor
 Haspergensis Sponsae frater.

III.

FAllor? An exelsis sub turribus iusto dederunt
 Æra sonum? Sanè certum tibi sit, sonuère.
 Nuptis expectata novis hodie imminet hora,
 Lucida templa petant, initi & sanctissima firmet
 Foedera conjugii sacro sermone minister.
 Fallacis forsan, mihi spes est, fabula vulgi.
 O me desertum! Vero jam verius esse
 Quilibet hoc novit, me nunc mala nuncia torquent.
 In molli quondam cum quo requiescere lecto
 Ad mensamque; dapes unà tibi sumere lautas

Tedia

Tardia non peperit, cum JULIA utrumq; teneret,
Deseruisse piget minimè jam oblitus amoris.
Hæc PASTOR tecum Textori, texe retexe.
Charas Phœbe tuas cur non appello sorores?
Pierides Musæ, fidum fastidit amicum
PASTOR Achimensis, quia multò charior illi
Filia Vollerii, præstanti prædita formâ,
Quæ responsa dabit quærenti, num decuisset?

CLIO.

Dotibus ingenuis sacras ducatur ad ædes
Virgopia, ornato & sponso jungatur amanti.

EUTERPE.

Par pari gaudet, coit amnis unda,
Rostra collidunt pariles columba
Atq; cognatis magis est amica
copula rebus.

THALIA:

Inclyte sponse, Omnia servans
Sit tibi juncta Is debet æqua
Hæc pia virgo, Pectora sponsis,
Stemmata claro. Hoc precor, opto.

MELPOMENE.

Hanc tibi formosam non dat, tu crede, puellam
Cæca Venus, visu nec puer ille carens.
Cunctipotens est conjugii certissimus autor,
Qui vita sociam dat tibi, sponse, probam.

TERPSICHORE.

Quod sacra lecti ergò petis Potente quite dexterâ
Nunc conjugalis fœdera Junone cum sva visissima
Dei minister, rem bono Sanumq; servet, & tori
Facis Deo gratis simam, Multam tibi beet prolem

Erato

ERATO cum reliquis tribus.
Præstantius nil conjugio hoc sacro,
Nil Phœbus alto sidere conspicit
Augustius. Ter ò beatus,
Fœdera qui coluit marita.
Conjugii arrident Musis tua vincula sponse,
Et placuisse Deo præsertim, nemo negabis.
Quod venerande tibi Pastor benedictio Christi
Adsit, crede mihi, monstrant id plurima signa.
Te quoniam Pater altitonans paulò antè vocavit,
Ut doceas populum in templo benè togmata sacra,
Idem nunc iterum nuptam tibi jungit honestam,
Quæ pietatis amans, celebrat quæ numina sancta.
Ergò Deo pro te depromo pectore grates,
Gratulor atq; tibi verè de munere tali.

Honore & amore debito commotus
addidit

JOANNES Weberling S. Theol. Stud:
ante triennium in Academia inclyta Re-
verendi Sponsi convictor &
contubernalis.

IV.

O Bernharde gregem Christi qui pascere nuper
Cœpisti atq; illi gressum monstrare salutis,
Quem nostri morsu pomi clausere parentes:
Quæ consuevisti commissæ tradere turbæ
Legislatoris sacratio è codice Mosis:
Non prodesse homini solum esse hoc exprimis ipse
Factis, dum tibi conjungis sociamq; laboris
Adsumis, Dryadum selectam ex agmini Nympham.

Iova

*Jova diu validos servet vos trinus & unus.
Et veniat sobolis numerosa stirpe propago.*

JOANNES BERTRAM
Scholæ Bernensis alumnus.

V.

*S*ponse cupido tori quem macerat igne volucris,
*N*on viduam ducis viduo suspiria lecto
*F*undentem, non ex viduus pars altera functæ
*C*onjugis, haud aliquam ducis de paupere turbâ,
*N*ec rerum temet sors indiga versat egentem,
*N*on quantam vultu & labris quæ & turgida visu,
*N*ec tu Therista similis, te in lumine vidi.
*N*on vetulam frontis quæ portat vertice rugas,
*T*u vernans etiam es jocunda in flore juventa.
*N*on infœcundam natura sumere gaudes,
*N*ec sterili (per hibent) lenta es de stirpe creatus,
*S*ic similis simili gaudet, similesq; gregantur.
*G*audia sint paribus vobis sint commoda multa,
*C*andida pax thalamum niveis circumvolet alis.
*O*rnet eum natis supremus palmitis instar,
*V*ivere dans vobis longeva tempora vite.

LAURENTIUS à Leher.

VI.

*S*anguine qui matri patri qui sanguine junctus
*E*t mihi sic duplici qui sanguine junctus es, inde
*E*t mihi qui debes duplicem constanter amorem
*T*extori tibi tumq; tuæ duplicem opto salutem.
*N*atos & natas & qui nascuntur ab illis.

Uma-



Unanimes conjunge manus & corda Jehova,
Tristia pelle domo da gaudia mille toroq;
Ut sine clade dies reliquos in foedere vivant.

JOHANNES EBERHARDUS
Neumeyer.

VII.

Quis mercatur adest? Quis pulsat & ostia nostra?
Erro; Pater quidam vult ducere rite Gebeccam
Vendit & vel data sit pater, hac, charissima, mysta.

ALBERTUS VOLLERUS
Sponsæ frater addebat.

VII

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

